



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Ioannicivs Conf. 4. Novembris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

merant, quin neque noverunt gregem? Atqui ille, quem diximus, tunc fecit, cum provinciam dira lues famelique popularetur, quando, ut Christum operiret, parietes aulae, se lectulo etiam nudavit. Pestem supplicationibus avertit ad DD. pulvinaria institutis, in quibus ipse nudus pedes, funeque in collum injecto, crucem praetulit, & in hac clavum ex illis unum, è quo nobilissimum olim anathema Servator pependit. Porro authoritati Ecclesiae vitam posthabuit; & suam purpuram pro iterum sanguine pinxisset, nisi globus Divini iussus ferire à tergo ad pedes delapsus esset. Puer, cum alii ludos, ipse VIRGINIS templa obibat. Praeter horas Canonicas, etiam Marianas quotidie dixit, & dici à domesticis voluit. Sub MARIÆ nomine collegium adolescentulis nobilibus extruxit. MARIÆ statuam ante omnium templorum portas posuit. Hujus icone armati omnes milites suos voluit, forti utique clypeo. Mitto cætera, hoc addo: alios purpura, CAROLVS purpuram ornavit. *Ex vita.*

## S. IOANNICIVS CONF.

4. Novembris.

Quid aula confers, si sanctius in aula vivimus? Dum gregem parascit, ovis est IOANNICIVS; dum evehctus

euectus à fortunâ latus jam Isaurici  
 Leonis stipat, in lupum abit & rabiosâ  
 hæresi correptus tristè terris & cælo  
 ululat. Exi, ah! aulâ exi IOANNICI,  
 si exire errore gestis. Audit talia mo-  
 nentem Anachoretam, sequitur vo-  
 cem, ab aulæ frequentia ad silvæ soli-  
 tudinem invitantem, jamque inter au-  
 licas larvas etiâ hæresin abjicit. Agno-  
 verunt itaque iterum & amarunt IO-  
 ANNICIVM suum Superi, cumque in-  
 vidia illi venenum misceret, fraudem  
 detexerunt. Ille preces veteres frequen-  
 tavit: *Spes mea Deus Pater, asylon Chri-  
 stus, scutum Spiritus est.* Certè unica  
 crux & panoplia & Panchrestum IO-  
 ANNICIO fuit. Hâc ille cùm gregem  
 suum circumscripsit ad preces abitu-  
 rus, nihil unquam ex illo desiderabat;  
 hâc morbos pellebat, serpentes exar-  
 mabat, rumpebat vincula, medios ho-  
 stium cuneos penetrabat, ipsos malos  
 dæmones fugabat. Ipse tamen fugere  
 non erubuit, cùm in impuras cogita-  
 tiones pugnandum fuit. Quin, cùm è  
 virgine sacrâ has proscripsisset, sed  
 iisdem se obsessum animadverteret, ita  
 ab his abhorruit; ut non dubitaret re-  
 ctâ ad draconem tendere, prædamque se  
 illi (si Numini placuisset) devoran-  
 dam objicere. Et profectò, si sapit ju-  
 ventus, non ita ad flammâtes draconis  
 oculos, non sibilos iratos & dentatos  
 rictus,

rius, uti ad aspectus Veneris molles,  
ad verba mellea, & ardentia oscula  
exhorrescet. *Ex Metaphr.*

S. EMERICVS C. 4. *Novembris.*

**P**ater EMERICO D. Stephanus fuit  
Vngariæ Rex. Matrem in terris Gi-  
selam, D. Henrici Imperatoris foro-  
rem, in cælis MARIAM salutavit, cui  
natum unicè semper pater commenda-  
verat. A tantis parentibus minimè de-  
gener EMERICVS, non dies modo,  
sed quas juvenus somno aut volupta-  
tibus, hoc est, somniis, dare amat no-  
ctes, precibus pius vigil transcripsit,  
non prius ab aurora deprehensus,  
quàm omnia Vatis Iessæi carmina de-  
currisset, & post singula intercalare  
osculum terræ fixisset. Oculos habuit  
tam puros, ut ipse animorum occulta  
sensa perspiceret. Nam jussus à parente  
salutem ferre viris DEO devotis, oscula  
quidem in omnes amicitissima dispen-  
savit, aliis tamen plura atq; aliis tulit,  
non neminem etiam septies dissuavia-  
tus. Causam deinde rogatus, oscula  
sua meritis singulorum respondere af-  
firmavit; qui plurima tulisset, eum  
virginem ad id ætatis animum gestare,  
mille etiam osculis dignum. Ipse cum  
vocem audisset cælo allapsam, nihil præ  
virginitate Superis arridere, quàm mox  
DEO DEIque MATRI florem suum  
dica-